

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3903

**Auteur(s) :** Paris (official)

**Bénéficiaire(s) :** Philippe III le Hardi, France (roi)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1281, 13 septembre

**Lieu d'émission :** Paris

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

L'official de Paris fait savoir que Mathilde de Poissy, dame de Noyon[-sur-Andelle] et de Léon, femme du chevalier Hervé de Léon, a reconnu et approuvé l'échange fait par son mari, chevalier Hervé de Léon avec le roi de France, et a renoncé à tous ses droits sur les biens que son mari avait donnés et cédés au roi pour cet échange.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 974, p. 248.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constituta, nobilis mulier Matildis de Poissiaco, domina de Novion et de Leonia, uxor nobilis viri domini Hervei de Leonia, militis, ipso domino Herveo coram nobis presente, cum dicta domina Matildi uxore sua, et prestante coram nobis auctoritatem eidem domine Matildi ad infra scripta facienda omnia et singula in litteris presentibus annexis contenta, que ipsa domina a dicto ejus marito recognovit legitime et de ipsis domine consensu expresso esse facta, expositis primitus a nobis eidem domine in gallico omnibus in dictis litteris comprehensis, et ab ipsa plenius, ut dicebat, intellectis, voluit, ratificavit et penitus approbavit ac quitavit et penitus in perpetuum remisit dicto domino regi Francorum et ejus heredibus sive successoribus, totum et quicquid juris, dotalicij seu doarii aut donacionis propter nubcias (sic) seu cujusque alterius juris eidem domine Matildi in omnibus et singulis bonis a dicto ejus marito in escambium datis dicto domino regi et concessis, prout continetur in litteris his annexis, competebat et competere poterat quoquo modo, confitens dictum ejus maritum eidem domine competentem recompensationem fecisse de dicto doario seu dotalicio et omni jure quod habebat in bonis predictis et ea sibi in bonis que dictus ejus maritus a dicto domino rege pro dicto escambio possidet integraliter assignasse et promisit ipsa domina Matildis, fide et juramento corporaliter prestitis coram nobis, sponte, non coacta, sed ex certa scientia, prout recognovit, quod contra quitacionem et remissionem hujusmodi non veniet de cetero ullo jure, renuncians in hoc facto sub fide et juramento predictis vis, doli, metus, et in factum exceptionibus, et omni juris auxilio, cerciorata in permissis, et se jurisdictioni curie Parisiensis supponens. In cuius rei testimonium, sigillum curie Parisiensis presentibus litteris duximus, ad petitionem dicte domine, una cum ejus sigillo apponendum. Datum anno Domini M° CC° octogesimo primo, die sabbati post festum Nativitatis beate Marie virginis.